3657 cippus magnus marmoreus litteris partim consumptis. Tibure in platea templi S. Laurentii SIED., in ulmi platea (*piazza dell' olmo*) MANC. (ap. Met.). Extat eodem loco quo viderunt priores Tibure ante episcopium una cum n. 3609.

CLAVDIAE · RVFINAE
IVLI · HERACLAE
ALLECtAE · AB ORDINE
IND //// AVGVSTAL
Senat. POPVLVSQ
*tib*VRS
l D S C

Descripsi. Primus exhibet Sieder ms. f. 74 exemplo corruptissimo, ex quo pendent non solum Alciatus Feae f. 62' cum Cholero f. 97 et Apianus 187, 4 (inde Grut. 422, 5), sed etiam qui pleraque de visu exhibet Brunelleschi ms. f. 71. Ex lapide Accursius ms. f. 1; Mancini apud Pighium f. 4 et apud Metellum f. 345'; ipse Metellus Vat. 6040 f. 64'; Pighius cod. Luzac. p. 202; Ligorius Taur. 20 f. 16; Anonymus Gallus in itinerario a. 1576 (cod. mus. Britann. Landsdowne 720 f. 311); Sirmond ms. Paris. suppl. Lat. 1418, 84 (ex Sirmondi et Pighii schedis Grut. 1088, 12; ex hoc neglegenter Vulpi Lat. 10 p. 94); codex Ottobonianus 2970 f. 17'; Scultetus, ex cuius schedis habuit Grut. 422, 4 (inde Orelli n. 3957); Suaresius Vat. 9140 f. 208'; Marzi II p. 52; Bianchini cod. Ver. 353 f. 17. Ex Marzio Kircher Lat. p. 193 (inde Mur. 1086, 3) auctore non laudato; Crocchiante p. 4; Vulpi Lat. 10 p. 143.

Dedi quae excepi; ea certa sunt; in v. 3 potest fuisse ALLECTAE·AB·ORDINE ut plene exhibent Accursius et Pighius; Mancinius habet ALLICAL·AB·ORDINE, Metellus AELIO·AE·AB·ORDINE, Scultetus ALLGR.... ABORDINE, Sieder cum Brunelleschio ALI LIB·AB·ORDINIB, Bianchinius ....AB ORDINE. In v. 4 Accursius et Bianchinius ...AVGVSTAL tantum agnoverunt; IN.....AVGVSTAL Mancini et Ottobon., I·AVGVSTALI Scultetus, IV....AVGVSTAE Anonymus Gallus, INFRA·AVGVSTAL Ligorius, IN....CAVGVSTAL Sirm., IN·DEC·AVGVSTAL Pigh., INAED·HERC·AVGVSTAL Metell., INVICTIS AVGVSTAL Sieder cum Brun.; quid fuerit, incertum est. Vv. 5—6 habent quidem antiquiores plerique plenos SENATVS POPVLVSQ | TIBVRS, sed ex parte certe supplentes. In v. 7 solus Accursius L·D·S·C; Mancinius I·D·S·C, Anonymus Gallus D·S·C, Metellus Ↄ·S·C, Ligorius O·S·C, Sieder P·S·C, Ottobonianus EX·S·C, Sirmondus P·O·S·S; totum versum om. Pighius Scultetus Bianch.

Hac inscriptione usus Ligorius (ms. Neap. lib. 35 p. 187) finxit hanc quam se legisse vult Tibure *nell' horto di S. Margherita, chiesa disfatta* (e Ligorio Mur. 523, 6):

iuniae. spectatae. c. f.
allectae. ab. ordine. sac.
in colleg. ad. hercul.
anio. r. s. p. q. tib.
l. d. s. c.

3658 fragmentum marmoreum. Tibure rep. *nei disterri per la ferrovia Roma-Sulmona,* est in curia.

*o*NIVS · DA*phnus*
mag. HERC · ET · A*ugustalis*
*i*VNIVS · L · Ↄ · L · XAN*thus*
A · L · L · L · POLYX*en*
· L · L · SEC*und*
*i*VRIS · EST

Descripsit Gatti. Lanciani apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1883 p. 86.

5 fin. V litterae frustulum non vidit Gatti, habet Lanc.

3659 tabula marmorea. Tibure in curia MOMMS. et adhuc.

HIC · EVTACTVS · CONLEGIVM · PRIMVS
CONSTITVIT · ET · EX · PECVNIA · PVBLICA
HOC · MONVMENTVM · AEDIFICAVIT · ITEM
EX·DECRETO·DECVRIONVM·ET·PLEBIS·CVLTOR
MONVMENTI · PRIMVS

Descripsit Mommsen (anno 1847), recognovi ipse.

Agitur de conlegio aliquo funeraticio. Cf. huius Corp. vol. VI n. 10251 *a* (Orell. 2389): *D. m. s. T. Flavio Aug. lib. Trophimo, constitutori collegi numinis dominorum quod est sup templo divi Claudi.*

3660 horologium solare ex marmore. *Il sasso ...ha di larghezza palmi tre scarsi, di lunghezza palmi $2^1/_2$, ed è erto circa un palmo* ROSS. Rep. Tibure anno ut videtur 1832 inter opera Anienis deducendi gratia facta, *essendosi fatto lo sterro dalla parte del cunicolo destro nella vigna Tomei* VIOL. In villa Gregoriana MOMMS. Ibi frustra quaesivi.

T · HERENNIVS · L · F ·

T · HERENNIVS · T · F ·
IIII · VIR · IVR · DIC · RES*tit*

Descripsit Mommsen anno 1847. S. Viola *cronaca dell' Aniene* (1835) p. 132; Steph. Rossi *bull. dell' Inst.* 1838 p. 107 (inde Henzen syll. n. 7056) cum epistula Settelei; Massimo *relazione* p. 387 n. 57.

2 RES//// Momms., RES Viol. Rossi. Mass.

3661 cippus METELL. (6038). Apud aedem Laurentii Tiburtini MARCAN. FEL. Tibure in aede S. Laurentii IVC. nec diverse POSTERIORES. Eo ipso loco repertam esse vult MARZI.

CALVINAE
M·SILANI.FIL
DELICIO
IVNIAE · SP · F · TYRANNIDI
VXÓRI · OPTVMAE
C · ALBIVS · LIVILLÁE · L
THYMELVS · HERC
AVGVSTALIS

Primum legitur in codice ex Cyriacanis excerpto nunc bibliothecae Parmensis f. 73' et apud expilatores Cyriacanorum Marcanovam Bern. n. 618 et Felicianum Ver. f. 155 (ex Feliciano cod. Redian. f. 124'). Ex lapide Iucundus Ver. f. 134, Magl. f. 109'; Sieder ms. f. 74 (inde pendet Rambertus Pat. f. 140'); Brunelleschi f. 69'; Leoncini ms. f. 3; Mancini apud Pighium f. 6; Metellus Vat. 6038 f. 145' et diverse Vat. 6040 f. 51'; Pighius Berol. f. 93, qui edidit v. 6—8 Hercul. Prod. p. 538 (inde Schottus itinerar. Italiae p. 592); Ligorius Taur. vol. 20 f. 81'; cod. Ottob. 2970 f. 18'; Scultetus apud Gruterum 1024, 2; Marzi I p. 28 (inde Kircher p. 133), II p. 51 (inde Kircher p. 192; Vulpi Lat. 10, 141). Habet praeterea missam a Bongianellio Manutius Vat. 5237 f. 254', orth. 716, 3 (inde, adhibito Pighii Hercule, Grut. 315, 4, qui in corrigendis ad finem voluminis adiectis ex Pighianis, ut ait, affert exemplum diversum ab exemplo vere Pighiano); solos vv. 6—8 Camerinius misit Muratorio (sched. Murat. Mut. XXI, 231), non de visu, sed exscriptos ex Pighii Hercule vel Schotti itinerario. Orelli n. 2679.

Adhibui exempla Cyriaci apud Marcanovam et Felicianum, Iucundi, Siederi, Brunelleschii, Metelli, Pighii, Ligorii, Sculteti. — 1 CALVINIAE Lig. — 2 SILVANI Marcan. Fel. Iuc. Met. 6038 (non 6040). — 3 DELICIO Marcan. Fel. Lig., item Pigh. sed significans ICIO litteras esse evanidas, DELITIO Iuc., DELI/IO Met. 6040, DELINIO sed N inducta Met. 6038, DELMIO Brun. — 4 IVLIAE Pigh. — F] E Met. 6040. — 5 OPTIMAE Felic. Brun. Scultet. — 6 LIVILLIAE Met. 6040. — L om. Scultet. — 7 THIMELVS Marcan. Brun. — Apices vv. 5. 6 dedi ex Metello 6040 qui solus eos exhibet. — Manutianum exemplum hoc est: D M | CALVIAE | M·SILANI | F·ET·IVNIAE·SP (hic lacunam indicat orth., non indicat cod. Vat.) | TYRANNIDI VXORI | C ALBIVS LIVILLAE F | THYMEVS HERC | AVGVSTALIS (AVGVSTALI cod. Vat.).

De Iunia Calvina, M. Silani consulis a. p. C. 19 filia, abnepte divi Augusti, cuius Calvinae Iunia haec Tyrannis quondam fuerat delicium, egit Mommsen eph. epigr. I p. 64 cf. p. 60 (melius quam Borghesi ann. inst. arch. 1849 p. 44 = opp. 5 p. 203).